



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Triapostolatvs Septemtrionis**

**Caesar, Philipp**

**Coloniæ Agrippinæ, 1642**

I. Ad Adelberonem Archi-Episcopum Hammaburgensem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43650**

APPENDICIS AP-  
PENDIX, PRO OBEDIEN-  
TIA PRAESTANDA HAMBVRGEN-  
SI SEDI AB OMNIBVS EPISCO-  
patibus Septentrionalibus.

Epistolæ quatuor Innocen-  
tij II. Papæ.

I.

*Ad Adelberonem Archi-Episcopum  
Hannaburgensem.*

**I**nnocentius Episcopus, Seruus  
Seruorum Dei, Venerabili Adal-  
beroni Hammenburgensi Archi-  
Episcopo eiusque successoribus  
Salutem & Apostolicam benedi-  
ctionem. Ad hoc in Beati Petri Cathedra  
disponente Deo -- constituti esse aspicimur,  
quatinus singulis Ecclesiasticis personis suam  
conseruemus iustitiam, & qualiter tam tem-  
poraliter quam spiritualiter earum status in-  
teger perseveret, salubriter prouidere cure-  
mus. Dignum etenim & rationabile est, ut  
sicut sacrosancta Dei Ecclesia unitatis ac fidei  
perpetua mater existit, ita nimium priuile-  
gia custodiantur illæsa, & nullis molestijs,  
nullis oppressionibus prauorum hominum  
fatigetur. Sæpè vtique Venerabilis Frater no-

N 3

ster

ster Adalbero Hammenburgensis Archi-Epis-  
copus in præsentia prædecessorum nostriū  
felicis memorie Calixti & Honorij ac no-  
stra questus est, Acerum Lundensem, & a-  
lios Daciæ, tibi debitam sicut Metropolita-  
no suo, quemadmodum antiquis priuilegijs  
Gregorij, Sergij, Leonis, Benedicti, Nicolai,  
Adriani, Romanorum Pontificum contine-  
tur, obedientiam denegare. Frequenter au-  
tem & à prædictis prædecessoribus nostris  
Calixto & Honorio, atque à nobis eis man-  
datum est, ut aut ad tuam & Hammenbur-  
gensis Ecclesiæ redirent obedientiam, aut si  
quam super hoc se considerent iustitiam ha-  
bere, ad Sedem Apostolicam venirent præ-  
parati: ipsi verò Apostolicis contempnentes  
obedire mandatis, nec venerunt nec respon-  
sales miserunt. Quia igitur lucrum nemo de  
sua contumaciâ debet obtinere, ex delibe-  
rato Fratrum nostrorum Episcoporum &  
Cardinalium consilio, tam Lundensem quā  
aliros Episcopos Daciæ tibi restituimus. Ad  
formam itaque priuilegiorum, Gregorij, Ser-  
gij, Leonis, Nicolai, Benedicti, & Adriani,  
Episcopatus Daciæ, Suediæ, Norvegiæ,  
Farriæ, Gronlondiæ, Halsingaldiæ, Islandiæ,  
Scrideuindiæ, & Slauorum, Carissimi Filii  
nostræ Lotharij Regis precibus inclinati, ti-  
bi & per te Hammenburgensi Ecclesiæ, suæ  
videlicet Metropoli, præsentis scripti paginâ  
confirmamus. Si qua igitur in futurum Ec-  
clesia-

eclesiastica Secularisue personæ hanc nostræ confirmationis paginam violare tentauerit, secundò tertioqe commonita, si non satisfactione congrua emendauerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, quem se diuino iudicio existere de perpetuâ iniquitate recognoscat, & à sanctissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte vltioni subiaceat: Cunctis autem hæc statuta seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi. Data Romæ apud montem Auentinum per manum Almerici Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi, Cardinalis, Cancellarij, VI. Kalend. Junij, Indictione XI. Incarnationis Dominicæ anno MCXXXIII. Pontificatus vero Domini Innocentij Papæ II. anno QVART.

## II.

*Ad Nicolaum Danorum Regem.*

Innocentius Episcopus, Seruus Seruorum Dei, electo in Christo Filio Nicolao, Illustri Danorum Regi, salutem & Apostolicam benedictionem. Praedecessores nostri felicis memorie, Gregorius, Sergius, Nicolaus, Benedictus, & Adrianus, Romani Pontifices, Hammenburgensem Ecclesiam Metropolim statuerunt, & eitam Lundensemquam alios Episcopatus Daciæ subdiderunt. Ceterum Frater noster D. Hammenburgensis Ar-

N 4

chi E-